


VALESIAE PROVINCIAE MONTANÆ,
ITALIAM, Galliam, ac Germaniam discernentis non
minus vera quam elegans chorographia, Autore
Ioanne Schalbeter.

四



BASILEÆ
INCL Y TAE
Rauracorum Urbis,
ac eiusdem circumvici*n*i
agri situs exactissima
delineatio. Authore Sebas-
tiano Munstero.

Rauracorum Urbis,
ac eiusdem circumvici*ni*
agri situs exactissima
delineatio. Authore Sebas-
tiano Muns^stero.



VALESIAE DVCATVS.

VALESIA nomen quam *Vallis* vulgo dicunt, unde ortum sit minimè reperi, nisi Munsteri ea de resententia cuiquā placeat, verisimilis certè est. Arbitratur autē vocabulum illud natum esse à Latina voce *Vallis*, aut ab arce Sedunensis ciuitatis *Valeria*. Hac loca olim *Voragri*, *Sagauni*, *Iuberi* iuxta Rhodani originem: *Seduni*, *Antuates*, *Allobrogi*, *Salassii*, que populi habitarunt. Nostro tempore diuiditur hæc regio in superiorē & inferiorē *Valesiam*. Superior habet linguam Germanicam, & est propriè tractus Sedunensis incipiens à Furca monte, excurrentis & sive ad Marcam regionis, quæ est sub Seduno iuxta annem Morsum, complectiturque septem decimas seu Dioceses, quas illi Zende vocant, nempe *Sedunum*, *Sider*, *Leuck*, *Raren*, *Visp*, *Brig*, & *Goms*. In his diocesibus inueniuntur trinitas parochiales ecclesiæ. Inferior *Valesia* vtitur lingua Subaudica, incipitque à memorato amne Morso, & extenditur & sive ad pontem S. Mauricij. Cuius incola olim Veragi dicti sunt. Habet autem inferior *Valesia* sex communitates, quas illi vexilla seu Banera vocant: nempe *Gundes*, *Ardon*, *Sallien*, *Martinacht*, *In-tremont*, & *S. Mauricum*, & in his inueniuntur 24. parochiales ecclesiæ. Habant quoque plurimas arces antequam à superiori *Valesia* expugnarentur, sed sunt omnes ferè airutæ. Populus *Valesia* est hodie erga exterios valde humanus & affabilis, totusque beneficus. Inter se vero paulo rigidiores, quam deceat amicos & vicinos. Vulgare autem est in *Valesia* vt bona pars hominū & triusq; sexius strumis perinde vt *Styrii* defadetur, quod ex aqua ipsis prouenire creditur quam bibunt. *Valesia* comitatus est *Aelen*, olim *Antuates*. Metropolis vero *Valesia* est *Sedunum*, germanice *Sitten*, habentque incola duas linguis Germanicam & Gallicam, nec habent *Valesiani* aliam circum muraram præter *Sedunum*, ciuitatē sed egregia loca, quamquam *Sanctus Mauricius* siue *Agannū* pro oppido haberit posset. Habet incola totam vallem ē loco S. Mauricij & sive ad Furcam montem prona ciuitate, quæ ad lauam & dextram vice murorum altissimis montibus & inexpugnabilibus saxis clauditur, habens portum & introitum apud S. Mauricum. Superfluum ergo & inane iudicant esse si omnia oppida muris cingerentur. Regio enim ipsa *Valesiana* grandis & longissima vallis, vndique clausa ingentibus altissimisque montibus, & præacutis petris, qui pro magna parte altitudine ferè vnius Germanici milliarij elevantur in cœlum, multiq; eorum perpetuis temporibus aut glacie irresolubili, aut niue glaciali obducuntur; in imo vero iuxta radices montium terra est optima atque fœundiſima, omnium rerum ferax, nec sui similem habet terram, quæ tam fastigiatis montibus in altum consurgat, & tamen fundum habeat & sive adeo fertile. Extenditur longitudo eius ab occidente in orientem itinere quinque dierū: latitudo vero est valde angusta, nisi quod prope Octodurum & *Sedunum*, paulò spatiōsior est, vt illic quoque multa prædia agrorum & pratorum inueniantur. Montes plerumque tam sunt præcipites, acclives & penduli vt concendi nequeant, nec quis sine stupore possit summates illorū intueri: quacūque parte quis ingredi velit, necesse est altissimos transcedere montes, per varias ambages & recessus. Locaque periculosa, abstrusa & vorticosa, quæ illi passagia vocat, quæ tēpore hyemali intēperie sic clauduntur, vt nō facile quis ingredi vel egredi regionē queat: nisi apud S. Mauriciū. Ibi enim Alpes in modum faucium vtrinque concurrunt, reliktō angusto spatio, per quod Rhodanus evoluitur: & pons lapideus vna testudine vtramque fluij ripam complectens transmittit ingressuros in *Valesiam*; nec potest quisquam hyeme ingredi regionē ipsam, nisi per hunc pontem: qui iungitur arcis ibidem extrecta: cumque eius præfectus claudit portam pontis, clausa est tota *Valesia*. Nulla re hominum sustentationi necessaria, caret hæc regio, profert enim vinum, frumentum, fructusque omnis generis, abundat carne & piscibus. Incipit vinum crescere in diocesi Brigensi, in montibus; continuaturque eius plantatio per descensum Rhodani & sive ad S. Mauric. Apud *Sedunum* rubeum albo præstantius est, tamque atrum & densum, vt eo scribi possit. Iuxta Octodurum, album bonitate superat rubeum. Vixque licet in Germania reperire locum vbi nobilius quam *Sedunense* crescat vinum, ac inde in vicinas exportatur regiones. Conseruari autem potest ad decim aut 20. annos, excepto Apiano vino, quod *Muscatel* vocant, id ultra biennium nō asservatur incorruptum. Frumenti hæc regio nulla laborat penuria, habet triticum, siliquinem,

frumentum astivale, quod *Lanx* vocant, habet hordeū, auenam, fabas, pisa, lentes, milium; mesis tanta est quanta incolis sufficiat per annum. Seduni, Syders & Gudes. Crescit crocus in magna abundantia: sunt ibi malo granata, amygdali & fucus, per totam quoque regionem inuenias omnis generis pomæ, pira, nuces, pruna, cerasa, castaneas, moros, persica, auellanas, corna. pecudū quoque tū domesticorum copiam alit, vaccas, boves, equos, asinos, mulos, oves, porcos, capras, anseres, anates, gallinas, cuniculos, pauones, columbas. Abundat etiam apibus, vnde illis non exigū emolumentū. Habent præterea alpes hi animalia quædā nobis qui extra hos montes degimus, penitus incognita, vt sunt agocerotæ seu capricorni, indes, ibices, mures alpini, lepores, nostris dissimiles, phasiani magni & parui, galliflystres, gallinae petrose. Auiculae quas parnisas vocat, perdices, bonosa, fulica, vultures, palūbi, ardeæ, ficedulae, mergi, coturnices, turdi, abūdat quoq; vris, lupis, lyncibus, rulpibus, martibus, falconibus. Caret autē cerus, capreis, apri, sylvestris, scorpionibus & conchiliatis ranis. Suppeditāt præterea mōtes huius regionis multas nobiles herbas ac radices medicas, præsertim gentianam, antrinam, Danmargam, spicā celticam, Ostrulam, Squillā, Sellī, pimpinellā, astrentzem, Cepas marinas. Ex arboribus profert larices & terebinthū, vnde resinam copiam colligunt incola & fungi speciem, quā Medicinariū vocant. Terra vndique plurimis riulis rigatur, qui omnes Rhodano miscentur, is iuxta Furcam montem ē glacie liquefienti, vt creditur, ortus: quamvis et in eodem monte fons magnus scaturiat, hanc regionem ingenti strepitū magnam secum glacie vim trahens, perlabitur, ac ilico accurrentibus vndique riuis ē mōtibus labentibus autius præcipitatur per aspera saxa. Angustias montium ac alia confragosa loca tanta insania vt nedum in spumam, sed & in nebula rosoluantur. Montes huius regionis tā sunt frequentes, vt vnde dicendi de ipsis principium fieri debeat, vix cognoscam: iij nostro anno alia quam olim nomina habent. Mons ex quo Rhodanus oritur, olim Subecus, Coatius, & Visellus vocatus fuit, hodie Furca nūcupatur. Huic vicinus est Gothardi mons: iuxta Brigam est Sempronius mons, hodie Simplberg. Huic vicini sunt Sases & Matter mōtes. Ex altera parte Rhodani sunt Loetsch & gemini montes. In valle Pænina Arolla mons glacialis est. Eregione Sider versus Septentrionem est Syluin mons, is iam Augstal-berch vocatur, & ex eadem parte vterque S. Bernhardi mons. In maiore Xenodochium est exstructum pro itineratibus quibus ibidē victus gratis offertur. Hospitiū illud tā amplū est vt sexcentrum peregrinorum capax sit: qui vero hoc loco moriuntur sepeliri non possunt, quum ibi non sit terra fossilis, sed cadauera eorum projiciuntur in profundas speluncas petrarū, vbi frigore rigescunt. In valli Brennū monachi quidam cœnobium quoddam exciderunt, in eiusmodi petra solida cum templo, culina, hypocastio & cellulis aliquot, sine vlo lignorum adiumento. Petra ipsa est monasterij tectum, parietes, postes, ostiorum, & mansiuncula ipse. Sylua Hercynia huc etiam spargit ramos suos diversis insignitos nominibus, alibi enim Milebach Sylua iuxta Arnen nimirum, iuxta Perigrad Perfigm vvalde Sylua vocatur ac alibi aliter. Minarū etiam feracissima est regio. Crystallus pura & impura in Gom̄s iuxta Rhodani originem eruitur, & Vespiensi quoque diocesi præter Crystallum argenti minera sunt sicut & in Raroniensi agro. In Sider quoque argenti vena est. Plumbum autem foditur in Loethsten. In Sedunensi agro Cupri minera est, in eodem quoque inuentus est anno 1544. salis fons. iuxta Octodurum ferrum foditur, & in Bangis valle crebra sunt argenti fodinae, quin & Lithantrates iam ibidem cuiusmodi in Leodiensi agro foduntur. Thermae sunt optimæ & saluberrimæ iuxta Brigam, & præter eas etiā Leucenses multiplici fonte scaturientes. Ita nullis non naturæ dotibus haec terra prædicta est, quibus etiā accidunt insolita ac prædicanda miracula nusquam crebriora. Terminatur à Septentrione Bernatibus & Lucernatibus Heluetiis à Meridie Cotis Alpilis & Lepontiis, ab ortu summis Alpibus & Rhetia alta, ab occasu Grajs alpibus & Lemanno lacu. Situm autē seu clima regionis ex Heluetiae descriptione, animaduertet studiosus lector. Quantitatē vero superius quemadmodum & hac reliqua ex Munstero annotauimus.

BAVARIAE DVCATVS.

BAUARORUM nomen vnde sit, cùm prius Vindelicis, Norici & Narcisci dicerentur, huius tractus Incolæ: hæc à nonnullis adfertur ratio, quod dicunt, ab Auaribus Hunorum reliquijs qui Noricis expulsis, in ea terra cōsedēre, adiecto elemēto B. Bauares vocatos. quod etsi prorsus non rejicimus: tamē in Bohemiæ nostræ enarratione alia à nobis huius nominis explicata est ratio. Diximus enim ex Doctorum sententia, & Historiarum suffragio, Boyos Galliæ Cisalpinæ populos, Insubribus vicinos à Cæsare vicos, Italiam transcendentes, inde expulsos, postmodū in Germaniam venisse, ac regionem eam quam Bohemiam ab ipsis hodie etiamnum vocamus, inhabitasse, eosdemque postmodum à Marcomannis vicos, indéque cum Nariscis & Hermundurorum parte Danubium transgressos Noricum, Vindeliciam & Rhetiam secundam cum Alpibus occupasse, nomenque suum retinuisse: vnde Boierorum & Boioariorum, vti nonnullis placet, tandem orta est appellatio. Refert Værnevijs natum id nomē à bauarico Tuysconum rege: qui, vtrum regioni suum communicauerit nomē, an verò ipse ab ea mutuatus sit, incertum est. Noricum autem dicebatur à Norix duce quodam, qui ex Orientalibus partibus huc profectus Ratisponensis vrbis fundamenta iecit, vti quibusdam placet. Vtranque Salzæ flu. ripam coluerunt Norici: eoru hi, qui post confluentes Oeni & Danubij degebant Ripenses Norici, regio autem, Noricum ripese dicebatur. Lycatij ad Lycum hu. habitarunt. Gelones ad Gelonum fluuium, vulgo **Gey**. Belauni ad Ambram flu. iuxta VVeylheimum. Breuci iuxta Oeni flu. fontes prope Valckensteyhum. Alemanos ad Altimulam habitasse credunt nonnulli, quo ferè loco conspicitur Aichstet ciuitas. Tunicates eo loco ponunt, quo nunc Straubinga vrbis sita est. Inter Isaram & Semptam flu. Sennones collocant iuxta ærdingā oppidum. Ad Illyssum autem flu. Illysiós constituunt. Bauariam diuidunt in Cisdanubianam, & Transdanubianam. Cisdanubianam rursus in Athesinā iuxta Athesim flu. in Alpibus ac Rhetiæ primæ finibus, cuius pars bona est. bauariam superiorem inter Ambram Iserumq; fluuios iuxta Monacum vrbem, quæ Vindelia olim erat. bauariam inferiorem, inter Iserum, Vitsum & Danubium fluuios: iuxta Landauvv, & Eggenfeldum vrbes. bauaria Transdanubiana ea Nariscorum ora est, & hodie vulgo Nordtgouia dicitur, quod non à Noricis esse nomen puto, sed à plaga Septentrionali, quam **Mer** & Germani vocant, & gen vel gen, quod terram sonat. Hæc eadē iam Palatinatus superior dicitur, de quo suo loco dicetur. Diuidūt quidam eandem in quatuor Episcopatus: Saltzburgensem, Patauiensem, Phrisingensem, & Ratisponensem. Ducatus est amplissimus. Gens ipsa suillis moribus famosa adeò, vt cæteris Germanis comparata pro bauaris barbari dicantur, duobus etiam vitijs plus reliquis notantur: inhospitalitatis videlicet & furti. Monacum principis sedes est, amœnitate loci profecto ducis aulæ dignissima, ad Isaram flu. agrum vix alterius rei quam frumenti fera-

cem habet. Ingolstadium ad Danubium situm. Flumen ipsum pote iunxit, ac celeberrima Academia floret. Saltzburgensis metropolitana altera, de qua suo loco. Item Freisingum, Fruxinum olim cum reliquis Episcopalibus suprà enumeratis, vrbes famatissimæ sunt, ac præter has vix minoris fortunæ Landshutum, Eychstadium, & quæ olim Regum erat sedes, dum hæc prouincia suis regibus pareret, quos ipsi Calcannos, vti ægyptij suos Soltannos dicebant. Ratispona, quæ & Reginopolis olim, quasi Regum ciuitas diceretur, vel Regenopolis à flumine præterfluo, quem Regem accolæ vocant, adiuncto Græco πόλις. Vnde etiam Latini Imbriopolim dixerunt, & multis ab hinc seculis Tiberina, seu Augusta Tiberij vocabatur. Arto briga Ptolomæo, Regino Pyrgam, Rhetopolim, Rhetonnam, Hiaspalim, & Germanischeym appellatam præterea reperimus, Tetrapolim quoque & Quadratam à forma. pons ibi est super Danubium lapideus, vndecim fornicibus, passibus quadringentis, & septuaginta longitudinis. Utique semel & simul dicam, vix est Germaniæ prouinciæ alia, quæ pluribus ac splendidioribus ornatur vrbibus ipsa Bauaria: quare si hæc tempore eam videret Strabo, haud puto erenum aut desertum dicturum, cuiusmodi fortassis suo tempore fuit. Aër ut plurimum salubris, ac regio amœna est. Terra ipsa nemorosa ac montuosa prorsus est, non æquè vini ac frumenti ferax. Tiro lensum regio contrà magis vini, quam frumenti ferax, quamvis & illa vinum gignat nonnullis locis. Athesina enim regio, qua austrum spectat, vinum satis nobile profert, & circa Kelhaim, ac paucis alijs, verum acidissimum & agreste. Generosius vinum importatur ex Alsacia, Francia & Austria. Sues glandibus, sylvestribusue pomis tanta copia nutrit, vt veluti Hungaria boues, ita hæc sues cæteris Europæ nationibus longè suppeditet. Sal quoq; quod abundè hæc coquitur, ingenti copia vicinis regionibus mittit: vnde amplum ipsis lucrum accedit. Innumeris hæc prouincia rigatur fluminibus, quorum primum est Danubius: ad quod reliqua omnia deuoluuntur. Lycum sub Rheyno oppido recipit, quo loco Ptolomæus Lycostoma, quod **Lechzumund** nos dicimus, collocat. Alemanum vel Altmulam amnem lentum, pisculentum tamen prope Kelheimum. Nabus flu. supra Regenspurgum, Regus infra allabitur, quo loco Danubij ripa vitifera est, vina verò vti diximus ignobiliora. Lauarus seu Laberus geminus Istro se sociat supra Strubingam. Ambra, Zoysa, & Isara ex Poeninis Alpibus orti, è regione Tenckendorfy oppidi Istro copulantur, ac paulò infra Vilsus amnis, inde VVolfaha & Gyssea adiuoluuntur. Hinc Oenus flu. ex Alpibus lapsus Noricos à Rhetis separat, ac compluribus assumptis flu. vtpote Leytzna, Isin, Alza, Saltza, Rota, eos infra Patauiam, vulgo **Dassau** Danubio affundit. Post hunc Ilos quoque, quem Iliseum nonnulli vocant, à Septentrione fluens, aquam suam oleaceam, atrumque colorem, Danubij ripam alteram naëtus, longè ac pertinaciter custodit. Salis fontes iuxta Berchtoldsgaden ad Aham flu. conspiuntur: præter hæc humina complures

T

etiam

